




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Responsio Cujusdam S. Theologiæ Professoris Ad Epistolam Cujusdam Prælati

[S.l.], [ca. 1679]

urn:nbn:de:hbz:466:1-42465




899


№. 2399.

G. I.

32.

iv





vgl 821

RESPONSIO

C U J U S D A M

S. THEOLOGIÆ PROFESSORIS

A D

EPISTOLAM

C U J U S D A M P R Æ L A T I,

quâ continebatur quæstio facti an certi
Theologi Regulares sint auctores
65 Propositionum,

quas die 2 Martij 1679

INNOCENTIUS PAPA XI.

*in generali Congregatione S. R. Inquisitio-
nis damnavit, ut minimum tamquam scan-
dalosas & in praxi perniciosas.*

RESOLUTIONIS

CULIURDAM

THEOLOGICAE PROFESSORIS

AD

EPISTOLAM

ULIURDAM PRAESENTI

CONTINENTIAM PRAESENTI FACTI AN CERTI
Theologi Regulares sine sacros
& Propositionum

duas die 2 Martij 1672

INNOCENTIUS PAPA XI

Generali Congregatione S. R. Inquisicio-
nis denuciavit ut minimum tamquam heretice
sententiae in praeiudicium

P
quas
tius
Inqui
ctetur
nam
cecid
Docte
parite
num
cem p
neris.
Re
quide
num
propo
illos R
nis ge
Sec
Roma
esse D
quoru
vel ip

3
III.^{me} ac R.^{me} Domine.

Placuit Illustrissimæ D. V. quærere ex me quid veri habeat rumor huc delatus de Auctoribus 65. propositionum, quas nupero decreto condemnavit Innocentius Papa XI. in Gen. Congregatione S.R. Inquisitionis: cùm tanto ubique strepitu jactetur, decreto illo condemnatam esse doctrinam certorum Regularium atque hos Romæ cecidisse causâ, Vincentibus Lovaniensibus Doctoribus, idque vulgò credatur à doctis pariter & indoctis, in quorum gratiam romanum decretum flandricè versum jam in lucem prodiit, legiturque ab idiotis omnis generis.

Re diligenter examinatâ Respondeo, & quidem indubitanter, Decretum illud Romanum adversus 65. propositiones; adeoque propositiones ipsas non magis pertinere ad illos Regulares, quàm ad alios Theologos omnis generis, etiam Lovanienses Doctores.

Sed novum non est jactari in Belgio quæ Romæ damnantur propositiones morales, esse Doctorum scriptorumque Regularium quorundam, tametsi vel illorum non sint vel ipsis ad summum cum aliis communes,

etiam Doctoribus Lovaniensibus, ut demonstratum est pridem in tractatu ad 45. propositiones ab Alexandro VII. proscriptas.

Respondeo 2. ex iisdem propositionibus esse non paucas, quas ne unus quidem eorumdem Regularium tradiderit vel in specie, sed quibus contradixerint ad unum omnes.

Respondeo 3. si quas ex illis propositionibus tradiderit quispiam eorumdem Regularium, id fere eum fecisse exemplo aliorum Theologorum, etiam Doctorum Lovaniensium, atque in eo habuisse fere sibi dissentientes communiter Theologos sui instituti: ut nequidem una sit ex illis propositionibus, cujus doctrinam dicere liceat esse illorum ordinum Religiosorum, quibus occasio presentis decreti invidiam conflare conantur. Quidam.

Habes Illustrissime Domine, tres ordines propositiones non leviter effulas in chartam, sed prævio examine accurato, ut intelligas æquè mihi promptas esse demonstrationes singularum: sed eas quidem neque postulasti à me, neque modus Epistolæ pateretur. Sunt etiam quæ suadeant satius esse eas promitti saltem ad tempus. Non deerit (si quorundam novi ingenia) qui occasione præbebit, quâ vel mihi vel alteri necesse

fitas imponatur eisdem propalandi.

Accipe tamen ex Decreto ipso quæ sola sufficere possunt ut vulgarem rumorem & jactationem quorundam faciant incredibilem sapientibus viris.

1. Constat ex decreto ipso 65. propositiones esse *partim ex diversis vel libris vel thesibus seu scriptis excerptas*, partim noviter adinventas; quæ proinde neque ex libris neque ex thesibus, seu scriptis sunt excerptæ: dicemusne harum auctores esse illos Theologos Regulares? ubi eas tradiderunt, si neque libris, neque thesibus, seu scriptis mandaverint? Non est difficilis conjectura, qui alii eas noviter adinvenerint. Sed de his aliàs licebit.

2. Constat ex decreto ipso *unamquamque ipsarum propositionum damnari sicut jacent*. Procul ab hoc decreto illa clausula, quæ solent uti Rom. Pontifices in materia fidei articulos damnantes *in sensu ab assertoribus intento*. Nemo ergo Sapiens sibi persuadebit, auctoritatem quempiam esse reum alicujus ex propositionibus 65. hoc ipso, quo comperit in ejus libro, Thesibus, seu Scriptis verba quædam fere similia iis, quibus concepta est propositio. Quàm sit fallax hoc argumentum, norunt periti, & ostensum est pridem Staterâ Saülis contra Joannem Sinnichium, & censuras Lovaniensium Docto-

rum adversus propositiones varias, quæ lo
cum occupant inter 65.

3. Denique propositionum 65. aliqua
sicut jacent, in Decreto, tam sunt enormis ab
surditatis, ut cuilibet moderato & Sapient
viro incredibile videri possint earum doctrin
nam placere illis religiosi quos constat ubi
que & verbo & exemplo promovere populi
pietatem & bonos mores magno ecclesie
fructu, & solâ invidiâ Hæreticorum & Male
volorum.

Ad extremum Illustrissime Domine
Regulares seu Sæculares, seu Lovanien
Doctores, seu Salmanticenses quondam de
fenderint propositiones quasdam ex iis
quas damnatas videmus ut scandalosas
in praxi perniciosas, solatium sibi habeant
ab Augustino lib. 1. Contra Julian. cap. 2.
*sunt in quibus inter se aliquando etiam doctissimi
atque optimi Regulæ Catholice defensores salu
fidei compage non consonant, & alius alio de una
melius aliquid dicit & verius: item istud ex lib.
1. de bapt. contra Donatistas c. 18. si alii
alii & aliud alii adhuc de ista questione salva pa
sentirent donec univ ersali concilio (aut Pontifici
decreto) unum aliquid eliquatum Sincerum
placuisse, humane infirmitatis errorem coöperire
charitas unitatis.*

Finio Epistolam, si observavero nullam

penitus esse ex propositionibus 65, cujus
condemnatio aliquid momenti adferat ad
stabilendum dogma ullum ex iis quibus in
Belgio præcipuè turbatum esse annis supe-
rioribus norunt omnes qui harum conten-
tionum pars aut spectatores fuerunt.

Hæc habebam Illustrissime Domine, ad fa-
cti quæstionem quam mihi proponere es dig-
natus. Augeat in Ecclesiâ suâ Deus morum
pariter & fidei Catholicæ, quæ est funda-
mentum omnis Christianæ honestatis, stu-
dium & integritatem ac denique Illustrissi-
mam D. V. diu nobis & Ecclesiæ suæ seruet
incolumem.

*P. S. audio prodiisse nescio quid scriptiuncula,
quo differitur de nupero Decreto, ejusq; Propositio-
nes non pauca tribuuntur Doctoribus nonnullis Lo-
doviciensibus, illud si nancisci licuisset, fuisset fortasse
quod Responsi loco mittere licuisset Illust. D. V. sed
audio graviter displicere iis omnibus, quorum causa
agi videtur, tum propter argumentum ipsum, tum
propter modum quo editum est, aliâq; Istud explora-
tum habeo, neque ab ipsis editum esse, neque ipsis a-
gentibus, scio editum esse, contra ea omnia que De-
creta habebant. Atque hac ipsa ignorare fortassis no-
let Illust. D. V.*


F I N I S.

...us esse ex p[ro]p[ri]etate d[omi]ni ad
...d[omi]natio aliud auctori adit ad
...sibendum dogm[ati] illud ex his p[ro]p[ri]etate
...io p[ro]p[ri]etate turbam esse ante sup[er]
...ibus notant omnes qui h[ab]ent cont[ra]
...um p[ro]p[ri]etate d[omi]ni d[omi]ni adit


... hoc habebat illu[m]ine d[omi]ni adit
... p[ro]p[ri]etatem p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... us. Auctori in ecclesia d[omi]ni adit
... ter & fidei catholice p[ro]p[ri]etate d[omi]ni
... tum omnia christiana honoraria, hu-
... m & integritatem ac dignitate illu[m]ine
... m D. V. diu nobis & ecclesia sue ser-
... uentem.

... 2. quia p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... d[omi]nitur de impero d[omi]ni adit
... non p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... Responsi loco mittit d[omi]ni adit
... p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... d[omi]nitur tunc p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... p[ro]p[ri]etate d[omi]ni adit
... habeo neque ad ipsa d[omi]ni adit
... habeo sine d[omi]ni adit
... habebant. Adit h[ab]ere ipsa d[omi]ni adit
... d[omi]ni adit

F I N I S




III
206




REPUTATIO


LEONARDI ANONYMI

III
206.







III
201



E III
206








Th

2399



E III
Zob